

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Diuicie bt
cum fonte primo

Sic diuicias habent quomodo dicimur habere febrem
cum illa nos habeat.

Econtrario dicere solemus febris illum tenet;
eodem modo dicendum est diuicie illum tenent.

Nichil ergo monuisse te mallem quam hoc
quod nemo monetur satis ut omnia naturalibus desideriis metiaris
quibus aut gratis satisfacies,
aut paruo tantum miscere uicia desideriis noli.

Seneca in quadam epistola.

Nam quod ad illos pertinet
apud quos falso divitiarum nomen invasit occupata paupertas,
sic divitias habent quomodo habere dicimur febrem,
cum illa nos habeat.

E contrario dicere solemus ‘febris illum tenet’:
eodem modo dicendum est ‘divitiae illum tenent’.

Nihil ergo monuisse te malim quam hoc,
quod nemo monetur satis, ut omnia naturalibus desideriis metiaris,
quibus aut gratis satis fiat
aut parvo: tantum miscere vitia desideriis noli.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 119.12 (L.
Reynolds ed., vol.2, p.509, ll.14-22).